

P r a e f a t i o .

Quum is, qui hocce periculum
meum benevole typis exarandum cu-
ravit, Robinsonii minoris fata, a
Campio litteris consignata, mihi in
latinum transferenda mandaret, pri-
mo quidem aliquantum tergiversa-
bar, laudabamque apud eum Lieber-
kühnii operam itemque Gedikii, viri
suo decore satis illustris, quos sci-
rem in eodem libro latine reddendo
probabiliter esse, nec sine laude qua-
dam sua, versatos. Verum cum ille
instaret, triplicem illam Campiani
operis editionem jamdudum diven-
ditam e tabernis librariis exulasse,
sed nihilo secius ab iis, qui puerilem
aetatem latino sermone erudiant, ex-
peti subinde cupidius aegreque de-
siderari, demandatam mihi operam
non defugiendam putavi. In ipso
opere simplicitatem stili, qualem pu-
erorum tirocinio et rudiori aetati
consentaneam esse judicarem, con-
cinnitate et elegantia commendare